Guillermus: Postilla super epistolas et evangelia

[Strassburg: Heinrich Knoblochtzer, not before 1483], 1483 Seite 230

¶ Postilla.

Uado ad eum qui me mi
sit Joh. xvj. Ante initium illi
us euangelij christus ꝑdixit
aplis ꝑsecutionez quā passuri essent
sic ꝙ eijciendi erant de sinagoga. et
quicunq; eos occideret. crederet se
obsequium ꝑstare deo. Et postea sub
iunxit de recessu suo. cū dixit in euan
gelio hodierno (Vado ad eū). i. in ꝓ
ximo ascēdo ad patrē (qui me misit)
ly. q2 impleui officiū ꝑdicatiōis mee
ad qd missus sum (z nemo ex vobis i
terrogat me). i. interrogabit. q. d. ita
apte ascēdaz ad patrē ꝙ nullus vr̄m
interrogabit q° vadā. q2 certi eritis
ꝙ vado ad glīaz patris (sz q2 hec lo-
cutus sum vobis) scz d' recessu meo (
tristicia impleuit cor vestꝝ). i. vehe
menter facti estis tristes. Ly. apli
tristabant' de recessu christi. de cuiꝰ
pn̄tia ꝯfidebāt in tribulationibꝰ suis
ꝯsolari (sed ego veritatē dico vobis
expedit vobis vt ego vadā). i. subtra
hat' aspectui vestro ꝑsentia mea cor
poralis. et iō subdit' (Si em̄ nō abie
ro paclitus nō veniet ad vos) Ly. q2
plenitudo sancti spūs nō erat danda
nisi post ascensionem xp̄i. Vn̄ Cryso.
Apli nimis corꝑalez pn̄tiam xp̄i dili
gebāt. z iō ad susceptionē spūssancti
minꝰ idonei erant. Sciendum tn̄ ƀm
tho. de aquino sup Joh. O, ille amor
quo discipuli diligebant corꝑalez ꝑ
sentiam xp̄i non erat pctm̄. reddeban
tur tn̄ ex h° minus idonei ad ꝓcepti
onem spūssancti. habita em̄ vna cōso-
latione nō querit' alia. vnde quia de
lectabantur in presentia christi nō pe
tebant nec desiderabant aduentū pa
cliti. Ipse em̄ nō veniet ad mentē ho-
minis nisi vocatus z desideratus. vn̄
sapien. vij. Optaui z datus est mihi
sensus vocaui et venit in me spūs sa-
pientie (z cū venerit ille. arguet mū
dum de pctō) Tho. spūisancto attri-
buit' correctio. q2 correctio debet ꝑ-
cedere ex charitate (d' pctō) tho. qd
habet vel fecit (z de iusticia) quā nō
habet (z de iudicio qd nō timet (de
peccato quidē q2 nō credunt in me)
Tho. iudei peccabāt in christum. q2
non credebāt eū esse christuz vł mes
siam (de iusticia) scz christi quā non
acceptauerūt homies mundani. nec
imitari voluerūt (q2 vado ad patrem
) ly. ꝑ hoc em̄ ꝙ christus resurrexit
et ad celū ascendit declarata est eius
iusticia. q2 soli iusti intrant celuz Vn̄
ps. cxvij. Hec porta dn̄i z iusti intra
bunt in eā (z iā non videbitis me) ꝑ
sentia corꝑali habitantē vobiscuz. q2
post ascensionē apli ampliꝰ nō vide-
runt in terris christuz (de iudicio ve
ro) scz futuro qd mundus nō timuit.
oportebat tn̄ timere (q2 princeps hu
ius mundi iam iudicatꝰ est). i. ꝯdem
natus diuina sententia tanꝙ obstina
tus. Et ꝑ ꝯn̄s omnes ei adherentes
eodē iudicio ostendunt' ꝯdemnabiles
Si em̄ deus angelis peccātibus non
pepercit nec hoibus parcet (adhuc
mlta hēo vobis dicere. sz nō potestis
portare mō) scz ꝓpter vestrā imperfe
ctionem z illoꝝ dicendoꝝ de altissi-
mis fidei arduitatē z ꝓfunditatem (
Cū āt venerit ille spūs veritatis) ly.
id ē spūssanctus qui est veritatis ꝑ es
sentiā z effectiue docendo eā (ille do
cebit vos omnē veritatez) Ly. scz ne
cessariam ad salutē. nō solū ꝓ ꝑsonis
vr̄is. sz etiā ad regimen ecclie z fide
lium instructionē (nō em̄ loquet' a se

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-284/0230
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG